

7 tribuuntur, sed massæ communi, quam grossam appellant in qua grossi fructus, seu majores redditus reponuntur, qui residentibus de tempore exactionis nulla habita ratione interessentis præstantur, ut in extravaganti Postulasti §. licet autem, & in extravaganti cum nonnullis de præbend. in commun. & Felin. in cap. eam te n. 13. vers. per istam differentiam il. de rescript. & penes Calderin. conf. 21. de præbend. cum aliis relatis in dec. edita 27. Junii 1646. §. nam respondetur coram bon. mem. Bichio.

Nec advesantur verba illa quotidianarum distributionum, cum hæc quoque apta sint comprehendere, & fructus massæ Collegialis, & residentis, ut ex mente aliorum tradit moneta de distribut. p. 1. q. 3. n. 4. §. 6. & dictum fuit in Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. coram bon. mem. Dunozet. §. circa primum, & §. alii verò sunt. Et comprobatur ex depositionibus septem testium formiter examinatorum qui asserunt Beneficiatos habere, & massam distributionum quotidianarum, nec non residentialem, unde cum plurimum inter se differant residentialem, & interessentia, ut tradunt gloss. & DD. in cap. unico de Cleric. non residen. Cassad. dec. unic. eodem tit. Caf. de Grassi. decis. 116. alias §. n. 3. de præbend. Necessario dicendum est vocem illam distributionum tam in literis Apostolicis quam in decretis S. Caroli expressam non inducere naturam simplicium distributionum quotidianarum, & quæ singulis diebus distribuuntur, & propriè non nisi interessentibus concedi solent juxta Conc. Trid. sess. 24. c. 12. §. distributiones de reformat. & ita ait Rota decis. 608. n. 5. p. 1. & 107. n. 2. p. 2. recent. Sed potius assumere qualitatem eorum fructuum applicatorum massæ communi, & residentiali qui vel in fine anni, vel infra, aut de tempore exactionis præsentibus, & interessentibus distribuuntur, quamvis antea maturaverint juxta celebre consilium Calder. 21. de præbend. quod sequuntur Gonzal. ad reg. 8. gloss. 37. n. 26. vers. Propterea, Garz. de benef. p. 3. c. 2. n. 428. & sequ. & Rota semper amplexa est, ut in supracitata Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. vers. tertia species fructuum coram bon. mem. Dunozet. & in decis. hujus causæ 27. Junii 1646. coram bon. mem. Bichio §. respondetur in fine.

8 Licet autem distributiones quotidianas appellatione fructuum Beneficiatorum non veniant, & cum non contemplatione beneficii, sed ratione laboris impensis debeantur, cap. unico de Cleric. non residen. ubique communiter scribentes, & post Odrad. conf. 118. Cassad. decis. unica eodem tit. & dec. 1170. n. 2. p. 3. divers. conclusio tamen procedit in distributionibus, & quæ dantur iis, qui Ecclesiæ quotidie statis horis inserviunt, secus verò in his quæ infra annum certo determinato tempore distribuuntur, ut probatur in cap. fin. de rescript. in 6. ibi de fructibus Beneficiorum distributionibus quotidianis exceptis, exceptio namque est de regula juxta gloss. in rubr. de reg. jur. in 6. & idem etiam habetur in extravaganti 10. Postulasti de præbend. inter communes, ibi licet autem distributiones quotidianas per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorum exclusæ tradit Moneta ubi supra, q. 6. lib. 3. sub n. 9. & ita voluit Rota apud Veral. decis. 20. n. 3. lib. 2. & in d. Eugubina distributionum §. alii verò sunt, coram bon. mem. Dunozet.

9 Et interpretationem contrariam incongruam esse convincunt literæ assignationis pensionis, ibi massæ distributionum quotidianarum, seu residentiarum jam constitutæ seu de novo constituendæ, si enim Pontifex de massa simplicium distributionum quotidianarum intellexisset, non opus fuisset addere, seu residentia jam constitutæ seu de novo constituendæ, cum de existentia prioris massæ, quam minutam vocant, dubitari non posset. Verum quia pensionem massæ residentialis assignare decreverat; Ideò ultra verba distributionum quotidianarum, alia, seu residentia jam constitutæ, seu de novo constituendæ subjunxit, quæ cum clara sint, dispositionem determinare debent, non autem antecedentia, quæ dubia sunt, & obscura, hoc enim casu verba & subsequencia ad antecedentium declarationem adjecta censentur, ut inquit Rota decis. 125. n. 38. p. 2. divers. cum aliis relatis per Modernum Lucensem conf. 12. n. 24. lib. 2. nihil referente, quod prædictæ assignationis fuerit ratio cultus divini, & Ecclesiæ servitium, quia ultra quod expressio illa facta fuit ad ostendendam solummodò tenuitatem reddituum Beneficiatorum quibus commodè non valebant se sustentare, ex hoc non inferitur pensionem Papam reservasse massæ minutæ distributionum quotidianarum, cum Præbendæ, & alii redditus massæ grossæ ratione etiam divini cultus, & Ecclesiæ servitii constituantur, ut originaliter habetur in Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. de reformat.

10 Nec relevant Testes pro parte Capituli examinati deponentes massam Beneficiatorum esse unicam, nempe distributionum quotidianarum, nam ultra exceptiones personales & loquuntur per verba dubitativa (putat, & credit) & sic non probant, cap. quoties de Test. Bald. in l. testium. C. eod. tit. Alex. conf. 68. in fine vers. 3. testis lib. 2. Cyriac. contr. 150. n. 12. & 28. Rota decis. 88. sub n. 4. & dec. 439. n. 3. p. 4. recent. & apud sanct. mem. Greg. dec. 57. n. 17. & 18. & dec. 678. n. 12.

11 Imò neque ipsi negant, quod Collegium Beneficiatorum ultra ordinarias distributiones habeat etiam alios redditus, qui infra annum certo determinato tempore inter Beneficiatos etiam officiis non intervenientes distribuuntur; Atque ideò dubitari non potest de existentia massæ Residentialis sub qua non nisi tertia illa species distributionum continetur, & quas etiam divinis non interessentibus lucrantur, ita ut loco præbendæ succedit, ut dixit Rota coram Put. dec. 365. n. 3. lib. 2. in recent. decis. 1. n. 12. p. 4. tom. 2. & in sæpè citata Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. coram bon. mem. Dunozet.

12 Et cessare xix est difficultas ex consuetudine antiquissima ejusdem Ecclesiæ de qua iidem testes in vim remissorialium examinati attestantur, quod omnes introitus ad mensam hujus Capituli quomodolibet spectantes exiguntur per Syndicum, & penes Thesaurarium depositi in calendis Novembris cujuslibet anni inter Beneficiatos præfentes distribuuntur, nulla habita ratione servitii, seu interessentis, minusve quod annis præcedentibus maturaverint, ex qua satis remanet declarata \* assignatio hujus pensionis, circa modum eam administrandi, prout juxta prædictam consuetudinem illius distributio fuit à summo Pontifice mandata, ut ponderatum fuit in Mediolanen. decimarum 8. Junii 1612. coram Pamphilio, relata per Grat. discept. for. c. 867. n. 45. & 46.

13 Accedit, quod ita observatum fuit in restitutione aliorum terminorum & fructuum facta à Canonicis anno 1630. ex causa istius pensionis nomine Capituli indebitè exactæ, qui fuerunt divisi, & distribui inter Beneficiatos existentes de tempore divisionis, nulla habita ratione præteritorum,

14

ria jam constitutæ seu de novo constituendæ, si enim Pontifex de massa simplicium distributionum quotidianarum intellexisset, non opus fuisset addere, seu residentia jam constitutæ seu de novo constituendæ, cum de existentia prioris massæ, quam minutam vocant, dubitari non posset. Verum quia pensionem massæ residentialis assignare decreverat; Ideò ultra verba distributionum quotidianarum, alia, seu residentia jam constitutæ, seu de novo constituendæ subjunxit, quæ cum clara sint, dispositionem determinare debent, non autem antecedentia, quæ dubia sunt, & obscura, hoc enim casu verba & subsequencia ad antecedentium declarationem adjecta censentur, ut inquit Rota decis. 125. n. 38. p. 2. divers. cum aliis relatis per Modernum Lucensem conf. 12. n. 24. lib. 2. nihil referente, quod prædictæ assignationis fuerit ratio cultus divini, & Ecclesiæ servitium, quia ultra quod expressio illa facta fuit ad ostendendam solummodò tenuitatem reddituum Beneficiatorum quibus commodè non valebant se sustentare, ex hoc non inferitur pensionem Papam reservasse massæ minutæ distributionum quotidianarum, cum Præbendæ, & alii redditus massæ grossæ ratione etiam divini cultus, & Ecclesiæ servitii constituantur, ut originaliter habetur in Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. de reformat.

15 Nec relevant Testes pro parte Capituli examinati deponentes massam Beneficiatorum esse unicam, nempe distributionum quotidianarum, nam ultra exceptiones personales & loquuntur per verba dubitativa (putat, & credit) & sic non probant, cap. quoties de Test. Bald. in l. testium. C. eod. tit. Alex. conf. 68. in fine vers. 3. testis lib. 2. Cyriac. contr. 150. n. 12. & 28. Rota decis. 88. sub n. 4. & dec. 439. n. 3. p. 4. recent. & apud sanct. mem. Greg. dec. 57. n. 17. & 18. & dec. 678. n. 12.

16 Imò neque ipsi negant, quod Collegium Beneficiatorum ultra ordinarias distributiones habeat etiam alios redditus, qui infra annum certo determinato tempore inter Beneficiatos etiam officiis non intervenientes distribuuntur; Atque ideò dubitari non potest de existentia massæ Residentialis sub qua non nisi tertia illa species distributionum continetur, & quas etiam divinis non interessentibus lucrantur, ita ut loco præbendæ succedit, ut dixit Rota coram Put. dec. 365. n. 3. lib. 2. in recent. decis. 1. n. 12. p. 4. tom. 2. & in sæpè citata Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. coram bon. mem. Dunozet.

17 Et cessare xix est difficultas ex consuetudine antiquissima ejusdem Ecclesiæ de qua iidem testes in vim remissorialium examinati attestantur, quod omnes introitus ad mensam hujus Capituli quomodolibet spectantes exiguntur per Syndicum, & penes Thesaurarium depositi in calendis Novembris cujuslibet anni inter Beneficiatos præfentes distribuuntur, nulla habita ratione servitii, seu interessentis, minusve quod annis præcedentibus maturaverint, ex qua satis remanet declarata \* assignatio hujus pensionis, circa modum eam administrandi, prout juxta prædictam consuetudinem illius distributio fuit à summo Pontifice mandata, ut ponderatum fuit in Mediolanen. decimarum 8. Junii 1612. coram Pamphilio, relata per Grat. discept. for. c. 867. n. 45. & 46.

18 Accedit, quod ita observatum fuit in restitutione aliorum terminorum & fructuum facta à Canonicis anno 1630. ex causa istius pensionis nomine Capituli indebitè exactæ, qui fuerunt divisi, & distribui inter Beneficiatos existentes de tempore divisionis, nulla habita ratione præteritorum,

torum, quæ observantia est optima cujuslibet dispositionis interpretis, & plurimum in proposito operatur cum simus in observantia interpretativa, & in qua non requiritur præscriptio, sed sufficit aliquando ita fuisse observatum, Castr. conf. 347. sub n. 4. lib. 1. Aym. conf. 110. n. 4. vers. Et ideò, Valenz. conf. 8. n. 5. & seqq. Crescent. dec. 1. de constit. Mantiv. decis. 296. n. 3. & in d. Eugubina distributionum coram bon. mem. Dunozet.

Atque ita in hac ultima instantia causa tertio ad disputationis trutinam revocata, utraque parte informante resolutum fuit.

## DECISIO CXXX.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 13. Januarii 1659.

## SUMMARIUM.

- 1 Immissio conceditur exhibendi testamentum in nulla parte vltatum. Per executiones turbidas non impeditur, n. 10.
- 2 Institutionem hæredis præcedentem, particularium rerum dispositio non tollit.
- 3 Hæredes institui possunt hæreditatem non acceptare.
- 4 Hæredi à seipso legari non potest.
- 5 Testes in materia testamenti debent esse omni exceptione majores.
- 6 Testatoris subscriptio sufficit pro validitate testamenti in scriptis.
- 7 Testis subscriptio est loco depositionis.
- 8 Turpitudinem propriam allegans non auditur.
- 9 Scientia, ubi agitur de magno præjudicio, justificanda est.

**T**estamentum clausum & sigillatum condidit bon. mem. Horatius Justinianus an. 1633. in minoribus existens, & deinde ad sacram Purpuram promotus an. 1649. apocham quandam fecit, in qua multa legata, & nonnullas declarationes conferipit; Post ejus mortem detecto testamento Floravantes Martinelli in illo scriptus hæres per sententiam A. C. obinuit immisionem, quam in gradu appellationis eidem concedendam esse hodie Domini censuerunt, quia exhibuit primum testamentum non cancellatum, & neque abolutum, nec ullum vitium visibile continens, in quo ipse institutus est hæres; ut supra juxta text. in l. final. C. de edict. D. Adrian. toll.

Nec subsistere visa est exceptio opposita à D. Marco Ant. Justiniano, & Patribus S. Mariæ in Vallicella, quod testamentum rescissum fuerit per apocham prædictam; in qua Cardinalis utendo facultatibus sibi à Sanctissimo concessis de nonnullis rebus disposuit, eorum, sum. 1. post. n. 2.

Quia nullus hæres in ea scriptus reperitur, nec ex illius lectura colligi potest mutatio prioris voluntatis in ordine ad hæredem, & tamen ad effectum revocandi primum testamentum secunda dispositio debet esse prorsus incompatibilis cum prima; & novam hæredis institutionem continere, vel concepta esse debet verbis claris; & rotundis cum ratione expressa, vel tacita, quod velit ab intestato decedere, alioquin rerum & particularium dispositio præcedentem hæredis institutionem non tollit Angel. conf. 383. num. 2. in princip. Rota in Callien. hæreditatis 10. Dec. 1638. §. non ex donatione coram R. Terracinen.

Et licet idem Cardinalis an. 1647. quietantiam

Decisiones ad Tract. de Alim.

fecerit de administratis ad favorem Floravantis illi liberationem plenissimam legando, d. sum. n. 1. Cum tamen esset in potestate Martinelli hæreditatem repudiare, & vel Cardinalis alium hæredem instituere, habet legata liberatio tacitam conditionem si unus ex casibus primis evenerit, quod scilicet alius hæres instituatur, vel repudietur hæreditas, Bart. in l. miles 77. §. pro parte, n. 2. & seq. ff. de legat. 2. Peregr. de fideic. art. 7. n. 5. & seq. Rota dec. 203. n. 24. coram E. D. Card. Othobono. Alioquin legatum remanet inane cum hæredi & se ipso legari nequeat l. planè 34. §. si duobus ff. de legat. 1. Angel. d. conf. 383. n. 1. Rota in Bononien. fideicom. de Anselmis 26. Junii 1658. coram R. P. D. meo Celso. §. neque urget & seqq.

Minus ad hunc effectum attendi potest depositio Laurentii asserentis Cardinalem in ultima infirmitate dixisse Floravanti, quod declarabat hæredem P. Julianum suum fratrem, & quod scriberet apocham, in qua continerentur quædam legata, &c. eod. sum. n. 2. litt. D. Nam ultra quod unicus est & patitur plures exceptiones, de quibus in 1. sum. Martinelli n. 8. & seqq. ideoque ad effectum justificandi revocationem primi testamenti nihil probat, quia in his terminis testes \* debent esse omni exceptione majores, Alex. conf. 70. n. 14. lib. 2. Rota in d. Callien. hæreditatis cor. Card. Verospio, §. fin. ad med. & coram R. Terracinen. §. nec subsistit. Rem prorsus inverisimilem deponit quod Floravantes, qui tam longam, & fidelem servitutem præstitit Cardinali, voluerit aliter scribendo, quam Cardinalis ordinaverat statim ei apocham subscribendam offerendo se tam manifesto periculo exponere fraudis ictu oculi detegibilis. Et ulterius apocham subscripta fuit ab eodem Cardinali, & à d. Laurentio tanquam teste d. sum. n. 6. ex prima enim subscriptione \* oritur præsumptio, quod Cardinalis vir diligentissimus sciverit omnia contenta in apocha, ut eam legerit præcipuè, quia ibi scripta quoad substantiam uno oculorum ictu videre poterat, & non erat, adeò infirmitate gravatus quin per plures dies supervixerit, ut respondit Paris. conf. 77. n. 26. & conf. 88. n. 34. lib. 3. & de testamento Cardinalis S. Cecilie Altograd. conf. 58. n. 26. & 27. tom. 2. Ad den. ad Buratt. decis. 475. n. 23. Rota dec. 263. n. 16. & seqq. p. 4. tom. 2. & decis. 581. n. 17. & seqq. tom. 3. rec. subscriptio verò Laurentii operatur, \*

quod ipse pro contentis in apocha testimonium perhibuisse censeatur, Bal. in l. fin. n. 2. C. si cert. per Surd. conf. 414. n. 78. lib. 3. & proinde si modo dicit contrarium non est audiendus, quia \* si creditur fieri fraudem allegat turpitudinem suam, ut post Ros. Surd. ubi mox supra n. 76. Rota in rec. p. 4. tom. 2. d. decis. 263. n. 24. & seqq.

Ex facto etiam cessant quæ dicebantur de facultatibus testandi Cardinalis, illæ enim litteraliter comprehendunt testamenta antecederent condita, ult. sum. Martinelli n. 3. & perperam opponitur, quod P. Julianus fuerit approbatus pro hærede Cardinalis à Martinello, quia quando iste se supposuit examini in alia causa verten. inter eundem P. Julianum & D. Lucam Justinianum non probatur, quod haberet scientiam testamenti ad sui favorem conditi, quæ etiam in genere non sufficeret, cum enim agatur de magno præjudicio \* cum omnibus qualitatibus & circumstantiis esse justificanda, ut post alios dictum fuit in Rom. Census, 14. Junii 1656. coram bon. mem. Bichio, à me in ejus locum subrogato extensa. §. hinc parum refert.

Eoque libentius dandam esse immisionem re-



10 Iponsum fuit, quia negari non potest, quod huiusmodi exceptiones non sint turbidae, & ut ulteriorem indaginem requirentes illam retardare non possunt, Rot. decis. 94. n. 12. p. 5. rec. Fanen. seu Senogallien. Bonorum super immisione 14. Martii 1646, coram R.P. D. meo Meltio, §. cetera autem.

Et ita utraque parte, &c. causâ bis propositâ resolutum fuit.

DECISIO CXXXI.

R. P. D. E M E R I X.

Civitatibus Castellanae Tutelæ.

Lunæ 10. Martii 1664.

S U M M A R I U M.

- 1 Restitutio in integrum non datur, nisi ex iniustitia decreti.
- 2 Juramento in litem ut sit locus, requisita.
- 3 Rusticitas excusat à dolo.
- 4 Redditio rationis tutelæ etiam sine libro fieri potest.
- 5 Fructus stabulium calculantur in rationem quinque pro centum.
- 6 Alimenta præstita pupillis calculantur in redditione rationis favore Tutoris. Una cum ætate crescunt, n. 7.
- 8 Juramentum in litem super incerto interesse non refertur.

Maria Narda tutelam egressa convenit Bernardinum Chimiosium ejus Vitricum, & Tutorem pro redditione rationis tutelæ, coram Prætorè Vallerani, qui deferendo Mariæ juramentum in litem taxavit per decretum fructus, damna, & interesse pecuniæ Tutelaræ in scutis 1526. à quo cum Bernardinus appellasset, & appellatio per tres conformes deserta provincialia fuisset, obtinuit postremo à signatura Justitiæ committi mihi causam restitutionis in integrum ad cuius descripti formam dato dubio Domini responderunt constare de causis restitutionis, non præcipuè ex iniustitia decreti, ob quam in hoc Sacro tribunali semper concedi solet restitutio, prout dictum fuit coram Buratt. dec. 92. n. 5. Caval. decis. 164. n. 1. in rec. decis. 205. & 241. utrobique, n. 1. p. 8.

Iniustitia autem decreti exinde eliciebatur, quòd juramentum in litem non ob non confectio-nem libri Tutelaræ numquam deferri solet, nisi duo copulativè concurrant, dolus nempe ex parte illius contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius, cui defertur proveniens ex ipso dolo, l. in action. §. sed in omnibus cum seq. ff. de in lit. juran. ibique Bart. n. 2. Menoch. de arbitr. cas. 208. n. 1. & 2. Spad. conf. 257. n. 3. lib. 2. Rot. in rec. dec. 44. n. 15. p. 9. ubi plures cumulantur.

In præsentem verò neutrum concurrere visum fuit; Dolus namque ex parte Bernardini sufficienter excludi Domini putabant, ex ejus rusticitate, quæ excusare solet ad hoc ut contra non conficientem librum Tutelarem, non possit in litem jurari, ut advertunt in l. si quando n. 251. C.

unde vi. Socc. sen. conf. 39. n. 15. in fin. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. cas. 208. n. 22. & 23. Aflict. dec. 360. n. 5. & seq. Rot. dec. 44. n. 23. p. 9. rec. & in Rom. Redditionis rationis 16. Junii 1651. §. Jocalia vers. quam propterea coram R. P. D. meo Alberg.

Difficultas autem probationis ex parte Mariæ similiter excludebatur ponderato quòd reddiio rationis huiusmodi, etiam absque libris Tutelaribus haberi potest. Cum enim hæreditas consistat in stabilibus utique potest ex eorum fructibus demptis expensis dignosci, in quo Tutor remaneat debitor, prout alias ponderavit Rota, & præsertim coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 199. n. 5. ibique Add. n. 8. & in d. Romana redditionis rationis 16. Junii 1651. non obstat quòd liber Tutelaræ coram R. P. D. meo Albergato.

In quam sententiam eò facilius Domini inclinarent; Quia iniustitia decreti pariter resultare visa fuit ab illius excessivitate; Nam sive inspicatur relatio Peritorum, facta anno 1644. in qua habito respectu ad proprietatem omnium bonorum, illorum valor in totum constituitur in scutis 1035. & fructus calculantur in annuis scutis §. Adeoque secundum taxam regalem ad rationem quinque pro quolibet centenariò, & anno juxta opinionem gloss. in aut. perpetuo in verb. juxta C. de Sacrosanct. Eccl. Rota coram Caval. decis. 358. n. 2. coram Buratt. decis. 675. n. 9. sive attendatur relatio nuper facta ab aliis Peritis, qui secundum præsentem bonorum valorem illum constituerunt in scutis 1453. & fructus calculantur in annuis scutis 104. & sic ad rationem septem & ultra pro quolibet centenariò, & anno, & per consequens ultra taxam regalem utroque modo excessiva detegitur summa taxata à Prætorè.

Etenim demptis ex fructibus toto tempore administrationis perceptis, vel ad rationem annuorum scutorum 104. annuis scutis 12. largiri soliti pro elemosyna in die Festivitatibus S. Andree Apostoli, ut deponunt testes sum. Bernardini nu. 8. nec non alimentis præstitis Mariæ, & ejus forori, quæ veniunt in calculo imputanda, Escobar. de ratiocin. c. 22. n. 4. Cordub. in l. si quis à liberis §. item rescriptum n. 63. ff. de liber. agnos. Surd. de alim. tit. 6. q. 14. n. 1. & seqq.

Illisque tantum imputatis ad rationem scut. 30. pro qualibet usque ad ætatem decem annorum, & deinde ad rationem scutor. 40. usque ad tempus nuptiarum, quia alimenta unâ cum ætate crescunt, ut notant DD. in l. 2. ff. de aliment. pupill. præstan. Rota in Tiburtina administrationis, seu redditionis rationis 24. Nov. 1642. §. quo verò ad 2. inspectionem coram bon. mem. Duno. ubi fuerunt taxata ad rationem scutorum quatuor pro quolibet mense. Ex calculo resultabit, quòd Bernard. pro tempore administrationis, vel non remaneat debitor, vel saltem in modica quantitate, & per consequens decretum deferens juramentum in litem Mariæ pro scutis 1526. uti excessivum remanet iniustum.

Nec obstat, quòd Prætor habuerit respectum ad interesse lucri cessantis, quia ultra quòd hoc ex præmissis excludi videbatur, fuit responsum, quòd super illo utpote omnino incerto non poterat in litem juran. Farinac. in fragment. p. 2. verb. juram. in litem, num. 1061. vers. 2. juramento, Seraph. de privileg. juram. privil. 31. n. 19. & seqq.

Et ita utraque, &c.



I N D E X

Rerum quæ in Decisionibus S. R. R. in hoc Volumine allegatis, continentur.

A



ABSOLUTIO à juramento non est necessaria in eo, qui impugnat contractum, ex non implemento. Decis. 116. n. 8.

Abolitione à juramento ob-tenta, contractus juratus impug-nari potest. Decis. 126. n. 2.

Abfardi sub prætextu non licet recedere à ver-bis testamenti, nec trahere vocationem ad ex-closos. Decis. 128. n. 8.

Absurdum considerari non potest ubi constat de expressa mente Testatoris, aliquo modo sub-stituentis. Decis. 128. n. 7.

Acceptilatio qualiter inducatur. Decis. 124. num. 27.

Accollans in se debitum efficitur principalis de-bitor. Decis. 66. n. 3.

Accollans efficitur debitor principalis. Decis. 92. num. 8.

Accollatio causam præcedentis obligationis non mutat. Decis. 44. n. 9.

Accollatio inter accollantem, & accollarium habet vim solutionis. Decis. 34. n. 7.

Actio competens ex diversa causa exerceri potest ab obligato, ex altera. Decis. 91. n. 11. Et de ratione, num. 12.

Actio, & passio in eodem subjecto dari non po-est. Decis. 34. num. 16.

Actio personalis ex l. 2. Cod. de rescind. vendit. non transit in singularem successorem. De-cis. 15. num. 13.

Actiones decocti transeunt in ejus creditores. Decis. 120. n. 4.

Actor tenetur sequi Forum rei. Decis. 90. n. 2.

Actor qui dicatur, origo causæ attenditur. De-cis. 87. n. 6.

Actor exhibere tenetur ad fundandam rei inten-tionem. Decis. 14. num. 1.

Actore non probante, reus absolvitur. Decis. 83. num. 5.

Actor ad iudicium debet accedere paratus. De-cis. 13. n. 5. Declara ut n. 6.

Actus possessorii, qui dederunt causam liti, non profunt ad manutentionem. Decis. 106. n. 21.

Actus mandanti tribuitur, & non exequenti. De-cis. 110. num. 3.

Actus successivus a præcedenti mandato debet regulari. Decis. 98. n. 3.

Actus unus ab altero interpretationem recipit, Decis. 22. n. 7.

Actorum transportatio incumbit impugnare vo-lenti. Decis. 104. num. 3.

Absentia emphyteutæ, excusat à caducitate, vel saltem pro causa restitutionis in integrum, e-tiam majori deservit. Decis. 74. n. 4.

Decisiones ad Tract. de Alim.

Adeemptio legati cessat, cessante adeemptionis cau-sâ. Decis. 53. n. 4.

Adeemptum sub una conditione, sub contraria censetur concessum. Decis. 12. n. 5.

Adimere quis non potest, nisi prius dederit. De-cis. 95. n. 4.

Administrator tenetur rationem reddere admini-strationis. Fructus in utilitatem minorum con-vertere tenetur. Decis. 2. n. 1.

Administrator de omnibus rationem reddere te-netur. Decis. 111. n. 17.

Administrator non potest dici creditor, vel de-bitor, ratione non reddita. Decis. 38. n. 12.

Administratores libros conficere tenentur. De-cis. 14. n. 6.

Adoptivus legitimam à Patre naturali, non ab adoptante consequitur. Decis. 83. num. 1. & 2. Fallit ut n. 3.

Ægidiana intrat in possessorio inter Laicos. De-cis. 43. num. 1. Ut evitetur iniustitia notoria non requiritur, num. 7. Ex quibus intret. Decis. 99. n. 1.

Æquitas l. curabit C. de acq. empt. non militat fa-vore tertii creditoris. Decis. 44. n. 3.

Æstimatio rei non sufficit, ut dicatur tradita. De-cis. 58. num. 16.

Affrancandi pactum facultativum ante effectua-tionem nihil operatur ad effectum, ut em-phyteusis Ecclesiæ in extraneos transeat. De-cis. 69. num. 17.

Affrancatio est vera venditio, & sine domini as-sensu fieri nequit in emphyteusi. Decis. 16. n. 1. Fallit ex causa juris congrui, n. 10. Em-phyteutæ si non permitteretur ab ædificando retraheretur, num. 45.

Affrancationem Canonis Ecclesia non potest con-cedere. Decis. 16. n. 4. neque per subrogatio-nem alterius proprietatis, n. 6. Etiam si contra-hat Ecclesia cum privilegiato, n. 7.

Alienabilis semel effecta res fideicommissi, sem-per talis remanet. Decis. 33. n. 2. 3. & 13.

Alienans contra prohibitionem testatoris cadit à jure suo. Decis. 33. n. 6.

Alienare, & alienanti consentire, paria sunt. De-cis. 33. num. 8.

Alienare sine solemnitatibus quis non potest, nec ratificare sine illis. Decis. 85. n. 13.

Alienata cum prohibitione Testatoris statim re-vocantur. Decis. 33. n. 12. Amplia ut n. 25. & 26.

Alienata in portionem alienantis imputanda. De-cis. 64. num. 9.

Alienata per gravatum imputantur in legitimam, nec possunt per fideicommissarios revocari. Decis. 120. num. 29.

Alienandi facultas concessa in emphyteusi Ec-clesiæ restringitur ad comprehensos. Decis. 97. num. 8.

u 3

Aliena-